

Werk

Titel: Herbarium Amboinense, plurimas conpleteens arbores, frutices, herbas, plantas ter...

Jahr: 1743

Kollektion: Zoologica

Werk Id: PPN369546733

PURL: http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PID=PPN369546733|LOG_0191

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=369546733>

Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
Georg-August-Universität Göttingen
Platz der Göttinger Sieben 1
37073 Göttingen
Germany
Email: gdz@sub.uni-goettingen.de

CAPUT DECIMUM QUINTUM.

Arbor Aluminosa. Leba.

Hæc est pusilla arbor, crus plerumque crassa, raro viri crassitatem habet. Ejus truncus non vere rotundus est, sed angulosus, instar Gajani; corticem gerit tenuem, externe glabrum, interne album, siccum, & fragilem, ita ut vetustus cortex integrus ab arbore separari nequeat. Rami sunt duri & firmi, folia irregularia sunt, Lansii foliis quodammodo similia, sed minora, magisque cum Cerasinis vetustis convenientia, ab utraque parte acuminata, non crassa, attamen firma, glabra, & late virentia, sex pollices longa, binos lata digitos, ad oras maxime & tenuiter serrata, non autem acute, subtilibus & incurvis costis donata, saporis primo dulcescentis, dein ingratii. Ex foliorum alis brevis progerminat petiolus, qui in quatuor vel quinque alias minores subdividitur, quibus acuta & viridia insident capitula, magnitudine seminis Sinapios, quæ sese in flosculos aperiunt minimos, in sex apices divisos, nunquam in totum apertos, sed semi-clausos, in hisce stamina quædam conspicuntur parva, antheras luteas gerentia. Fructus itidem sunt pusilli instar Pisi, sed plani & apice incurvo ornati, instar tenerorum Mangæ fructuum. Intus officulum reconditur fuscum & nigricans, superius planum, inferius angustum, granulosum quasi.

Arboris lignum est pallidum, album, durum, & lentum instar Cofassi; floret autem pluviosis mensibus.

Nomen. Latine Arbor aluminosa. Amboinice Leba.

Locus. Raro hæc obcurrit arbuscula, immo vix in Amboina, & tantum hinc inde in locis apertis ac montibus. In occidentalibus insulis penitus ignota est.

Usus. Amboinenses hujus arboris foliis ac cortice utuntur loco aluminis ad rubrum colorem tingendum, quod peragit supra memoratis radicibus Bancudu & ligno Sappan, cunctis enim pigmentis constantiam addit, uti in ora Cormandeleni hunc in finem adhibetur herbula Say, præsertim si supra memorato Caju Nenu utantur, tum hujus arboris folia ac cortex summi sunt usus, quorum defectu pigmentum nimis pallide rubens esset. Idem quoque cortex & folia exsiccati possunt, inque usum adservari, atque in alias mitti regiones ad tingendum.

Tabula Centesima

Ramum exhibet *Arboris aluminosa.*

CAPUT DECIMUM SEXTUM.

Ganitrus. Ganitri.

Ganitrus inter altissimas silvestrium arborum numerari meretur, estque proportionaliter crassa, sed non amplam gerit comam, quum ejus rami majores plerumque in altum erigantur, qui in longos gracilesque dividuntur ramulos flagellosos, quibus folia insident solitaria, aliquando autem per ordines obposita, quædam vero irregularia, Cerasinis foliis similia, seu illis præcedentis *Lebae*, sed longiora, sex septemque pollices longa, binos lata, ad oras obscuræ ac tenuiter serrata, ita ut vix dignosci possit, ac plerumque in summo serrata sunt, suntque porro glabra, tenuibus pertexta venis, brevibusque insidentia petiolis, in inferiore parte angustata; decidua vero rubent instar cancri cocti, immo multa in ipsa rubent arbore eo tempore, quo fructus maturescunt, quo colore hæc arbor e longinquæ dignosci potest, coquæ magis, quum coma sua supra alias emineat arbores.

Flores post folia progerminant, qui breviores sunt, & adunati in ramulorum summo conjunguntur, racemi autem floriferi simplices sunt petioli, tres, quatuor, ac quinque post folia in ramulis progerminantes uti in Ribesiis.

Quis-

XV. HOOFDSTUK.

De Aluyn-Boom.

Dit is een kleene boom, meest in de dikte van een dye, en zelden van een man. De stam is niet regt rond, maar hoekig, gelyk de Gayang-boom; de schorsse is dun, van buiten glad, en van binnen wit, droog, en breeksaam, zo dat men de oude schorsse niet geheel van den boom kan brengen. De takken zyn hard en styf, de bladeren staan zonder order, en Lanze-bladeren wat gelyk, doch kleender, en nader met die van de oude Kerse-bomen over een komende, agter en vooren even spits, niet dik, egter styf, glad, en blyde-groen, 6. duymen lang, 2. vingers breed, aan de kanten digt en fyn gezaagt, dog niet scherp, met subtile en kromme ribben, van smaak eerst zoetachtig, daar na onaangenaam. Uyt den schoot der bladeren komt een kort steeltje voort, 't welk zig weder in 4. a 5. kleendere verdeeld, aan dezelve zitten spitze groene knopjes, in de grootte van Moestaart-zaad, die baar in zeer kleene bloempjes openen, in 5. spitsen verdeeld, nooit ter degen geopent, maar half gesloten, daar inne men kleene draadjes met greele nopjes ziet. De vruchten zyn insgelyks kleen, als een Erwete, dog een weinig plat, en met 't spitze na voren gekromt, als jonge Mangus. Binnen leyd een bruyne swarte krol, boven breed, onder spits, en als granauleert.

Het bout is bleek, wit, hard, en taay, als Cofassius zyn bloeytyd is in de regen-maanden.

Naam. In 't Latyn Arbor aluminosa. Op Amboinsch Leba.

Plaats. Men vind dit boompje zeer weinig, zelfs in Amboina bier en daar op lugtige heuvelen en bergen. In de Westersche Eylanden is 't onbekent.

Gebruik. De Amboinezen gebruiken deze schorsse en bladeren, in plaats van Aluyn, by 't rood verwen, het welk ze doen met de bovenstaande wortelen van Bancudu en Sappan-hout, want het geeft alle verwen een vastheid, gelyk men op de Kust Cormandel doet met het kruydeken Say, inzonderheid als ze 't bovengemelde Caju Nenu gebruiken, zyn dese bladeren en schorsse nooddakelyk, zonder dewelke de verwen ligt-rood of al te bleek werden. Dezelfde schorsse en bladeren kan men ook drogen, bewaren, en uyt de Landen voeren, om by het verwen te gebruiken.

De honderdste Plaat

Vertoont een Tak van de Aluyn-Boom.

XVI. HOOFDSTUK.

De Ganiter-Boom.

Ganitrus is mede eene van de hoogste Wout-bomen, en dik na advenant, doch met geen breede kruyn, dewyl de hooft-takken heeft om hoog staan, verdeeld in lange en ranke gaerten, daar aan staan de bladeren enkeld, somtyds in ryen tegen malkander, sommige verwerd, mede na de Kerse-bladeren gelykende, of na 't voorgaande Leba, dog langer, namelijk 6. en 7. duymen lang, twee dito breed, aan de kanten zo donker en fyn gezaagt, dat men 't qualyk bekennen kan, en dat heeft na voren toe, voorts glad, met subtile ribbetjes, en op korte steelen staande, na agter toe smal; de afgevallene worden zo rood als een gekookte Kreeft, ja zelfs vele die nog aan den boom hangen, omtrent de tyd dat de vruchten rypt zyn, waar aan men dezen boom van verre bekennen kan, te meer, also by met zynen kruyn boven anderen uytsteekt.

Het bloeyzel komt voort agter de bladeren, dewelke als dan wat korter zyn, en digt op malkander aan't uytterste der takskens, de bloem-trosjes zyn enkelde steeltjes, 3. 4. en 5. agter de bladeren aan de ryskens, gelyk aan de Aalsbesien.

Ieder